

oort

uel subleuatus si portare propheta potuerit agnoscamus. Sed
 Et uidi et cecidi in faciem meam. Quid ergo de hoc fieret si ita
 ut est gloria eius uidisset. qui similitudinem gloriae illius uideret.
 sed ferre non ualens cecidit. Quia in re cum magno merore pen
 sare et considerare debemus. in quanta miseria et infirmita
 te cecidimus. qui et ipsum bonum ferre non possumus. ad quod
 uidentium creati sumus. Est tamen et aliud. quod de propheta facto
 consideremus in nobis. Propheta enim mox ut gloriae domini similitudi
 nem uidit. in faciem cecidit. Cuius similitudinem gloriae quia
 nos per spiritum prophetiae uidere non possumus. hanc assidue cognos
 cere. et sollicitè contemplari in sacro eloquio. in caelestibus moni
 tis. in preceptis spiritualibus debemus. Qui cum aliquid de deo conspiciunt.
 in faciem nostram cadunt. quia ex malis erubescunt. quae nos
 meminimus perpetrasse. Ibi enim cadit homo. ubi confunditur.
 Unde et Paulus quasi quibusdam in facie iacentibus dicebat. Quae
 ergo fructum habuistis tamen in illis. in quibus non erubescitis. Ecce
 caelestis gratiae dono largiente. obuolutum mysterium libri in me
 um in hezechiel propheta discussimus. et dicta mystica mora
 liter differentes. uolantem prophetiam et theoria ad terras
 traximus. ut quae prius paruulorum anime michi quae similitudinem
 uolabant. sed non leuabant. non ab eis legatur. et cognoscatur. et uo
 letur. et leuatur. Agamus ergo gratias redemptori nostro. qui spirituali
 semper alimento nos reficit. quia panis uiuus descendit de cae
 lo. et dat uitam mundo. Qui uiuit et regnat cum patre
 in unitate spiritus sancti. Amen. **Explicit om. vii. Incip. viii.**
HIC INCIPIT LIBRUS IN HEZECHIELE PROPHETA. MAGNIS OBSCURI

Paul.